

(1266) 1267, gener, 30

*Ermessendis Oller, viuda d'Oller Andreu, de Campllong, es fa dona pròpia d'Arnau de Calonge, prevere del capítol de la seu.*

ASD núm. 195, perg. orig., 120 x 142 mm.

Sit notum cunctis quod ego Ermesen Ollada, uxor condam Ollarii Andreu de parrochia Sancti Cirici de Campolongo, gratis et ex certa sciencia euenio et facio me et filiam meam Mariam proprias et solidas mulieres et etiam Ollarium filium meum, hominem proprium a uobis domino Arnallo de Colonic, presbitero et canonico sedis Gerundensis, preposito prepositure mensis nouembris absentis tamquam presenti et omnibus successoribus uestris cum omni prole a me nascitura et cum omnibus meis bonis et cum omnibus aliis meis rebus mobilibus et immobilibus habitis et habendis ubique, et promito tibi esse fideles et legales bona fide et sine omni enganno uos et uestros pro domino reclamare, et alium dominum autem non habebō nec reclamabo nisi uos et uestros successores tantum. Et promito uobis et uestris successoribus esse fideles et legales bona fide tamquam bono domino suo naturali et in recognitionem predicti domini dabo uobis annuatim pro censu in festo Omnium Sanctorum unum par gallinarum.

Actum est hoc .III. kalendas februarii anno .MCCLXVI.

Sig+num Ermessendis Ollada, qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Petri Fulc, sig+num Bernardi de Campolongo, sig+num Petri Ollarii, huius rei testes.

(s. man.) Arnallus Bart presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 409